

regis hortatur, ut regi suadere pacem cum imperatore pergant: 'Gratias agimus'. J. 2931. Baron. Ann. eccl. A. 870 N. 15 ex bibl. Nic. Fabri.

k. 'comites et ceteros fideles in regno Caroli (Calvi) et in regno quondam Lotharii regum constitutos' cum Carolo ferre arma contra Carolomannum sub excommunicationis et anathematis poena vetat: 'Auditui nostro'. J. 2941. Baron. Ann. eccl. A. 870 N. 29 ex cod. Trevirensi.

l. archiepiscopis et episcopis 'in regno Caroli (Calvi) et in regno quondam Hlotharii regum' constitutis, ne Carolomannum, Caroli filium, excommunicent, interdicat: 'Praesulatus nostri'. J. 2942. Baron. Ann. eccl. A. 870 N. 30 ex cod. Trevirensi.

m. ad synodi Duciensis litteras respondens agit de Actardo episcopo Namneticensi et de Hincmaro episcopo Laudunensi: 'Caritatis vestrae'. J. 2945. Sirmond III, p. 397 ex cod. S. Remigii Remensis.

Eiusdem ad Hincmarum Remensem archiepiscopum epistolae:

a. scribit, se de eius virtutibus eruditum esse, decessorum suorum, Benedicti et Nicolai, de Lothario rege decreta servari iubet: 'Licet frequens'. J. 2905. Baron. Ann. eccl. A. 868 N. 27 ex bibl. Fabri (?).

b. scribit de Hincmaro episcopo Laudunensi Romam petente: 'Illustrem Hincmarum'. J. 2910. Baron. Ann. eccl. A. 871 N. 85.

c. vigilare iubet, ne quis in Lotharii regnum, heredium Ludovici II. imperatoris, irruat: 'Sanctimonia tua'. J. 2919. Sirmond III, p. 382.

d. accusat segnitiae hortaturque, operam det, ut Carolus (Calvus) rex de Lotharii regno secedat: 'Si beneficiorum'. J. 2928. Sirmond III, p. 390 ex cod. Laudunensi.

e. incusat, quod eius incuria 'multa reprehensione dignissima ab eius comprovincialibus convalescant': 'Fidelium relatione'. J. 2936. Mansi XVI, p. 582.

Eiusdem ad singulos Francorum episcopos epistolae:

a. Actardo episcopo Namneticensi pallium concedit: 'Si secundum'. J. 2904. Mansi XV, p. 828.

b. ad Adonem archiepiscopum Viennensem epistolae:

α. litteris ad Nicolaum papam missis respondet; laudat eum 'de admonitione, quam per Waltarium comitem circa gloriosum regem Hlotharium exercuerit' et quod 'insidias lupi praecavendas esse adhortatus sit'. *Fragm.*: 'Legatus cum'. J. 2893. Mansi XV, p. 860.

β. tribuit laudem Nicolai decreta omnino servanda hortanti, sed lenitate perficienda esse, quae ille severe inchoaverit addit: 'Epistolam sanctitatis'. J. 2907. Mansi XV, p. 859. cf. XVI, p. 123.